

Hippocrates Chymicus. 225
tem butyrum inijce sal commu-
ne, vel artificiale, vel alia salsa,
& in quantitate, nihil sane mo-
vebitur, neque turbabitur qui-
dem; tantum abest vt illud de-
strueretur.

Dieta cum factis componit.

C A P V T XXVI.

Acidum autem quodcunque
si destruitur, id fit non à
falsis, vt dixi, sed ab Alcalizatis,
aut eorum naturam redolenti-
bus, mutaturque in aliam in-
dolem iuxta acidi differen-
tiam. Vt per exemplum, Re-
formator docet crocum martis,
quem aperitiuum vocat, cum
acidis præparare, quem probò.
Docet & alium crocum in sola
flamma, quem adstringentem
appellat; ignorans, quod &
ignis flamma sit acida, vnde &
hic crocus similis erit priori; hunc

*In aqua
ostendi al-
cali, nunc
in igne aci-
dum, licet
rudi exem-
plo, nostris
tamen suf-
ficat.*

voca vel adstringentem, vel aperientem, iuxta effectum, quem post se relinquit. Aciditatem communicat flammæ: omnia inflammabilia sunt, vt ligna, frutices, herbae &c. Hanc inflammabilem aciditatem diuendit ipse Reformator *a*, pro spiritu salis armoniaci acido, & hoc loco illum plane ignorat.

*a In Appen-
dice fol. 73.*

Multis videbitur me hoc loco paradoxa proferre, quod ignis flammam, acidam dico. Imò repeto, ignem accedere proximè ad salis naturam, constantem ex alcali & acido *b*, ea propter est mordicans, acris, acetosus, incidens subtilis, penetrans, purus, incorruptibilis, incombustibilis, & est illud quod à corruptione præseruat. Et sicut in sale acidam partem separaui; eam nunc etiam in flamma separabilem esse, hac mechanicâ ostendam.

*b Natura
in omni re
similis.*

*Ignis & sa-
lis proprie-
tates.*

*Plumbum
fit minium.*

Plumbum exuritur aridis lignis in minium; sint autem plumbi libræ centum, postquam illud in minium conuersum, reperiuntur

Hippocrates Chymicus. 227

centum & decem: quæritur, unde minium acquisit decem libras? profecto nihil ei superadditum fuit, nisi sola flamma; hæc itaque assumpsit corpus in plumbo: hoc autem corpus, quod plumbum auxit ex flamma, est acidi saporis *a*, idque probat sequens mechanica.

Distilla ex retorta vitrea aperto igne, de illo ipso ligno quocum plumbum exusseris, & extillabit liquor acidi saporis, qui extra retortam in flammæ forma, plumbum lambit, eique commiscetur, fixaturque in alcali.

Refunde minium in plumbum, & habebis centum libras, ut prius, adeoque decem libræ non erant, nec minium, nec plumbum, sed acidum ligno expulsum. Hoc autem cum non sit plumbi natura, cum eo non colliquatur, & quia *sibi soli sufficiens non est*, ut ait Hippocrates, fugit in plumbi reductione in elementa, ut de sale Tartari, oleo, aceto, & reliquis supra ostendi.

a. Alkali volatile ex fuligine distillatur, cuiuslibet notum est.

*Plumbum
fr litargy-
rium,*

Hoc alcali artificiatum ex plumbo, in minium conuersum cum igne & acido vegetabili: vel idem plumbum cum acido minerali in litargyrium euadit: si cum oleo, vel pinguedine coxeris, tunc alcali agit in occultum acidum pinguedinis, alcalium more, & acidum vicissim in alcali, & coagulantur in neutrum.

*Emplastra
ex plumbo
antiquissi-
ma, chimi-
câ arte pa-
rata.*

Sic fit emplastrum Triapharmacum, vt & de cerussa, reliquaque huius census, vt in saponem ostendi: cuius inspissationis causa. Reformatori hactenus ignota fuit, vt testatur in epistola ad me; quod nimirum, *oleum tartari cum alcali picis instar inspissabatur* (vt cap. 21.) & Pharmacopœis scribit, hæc secundum artem coqui.

Inter metalla autem nihil reperitur quod cum acido constanti, promptius in amicitiam coit, quam plumbum; iuxta acidi enim speciem, mutat formam, vt de de Alcalibus dixi. Aceri vapor, illud in candidam vertit cerussam:

*Plumbum
dat colores
& vitrum.*

Acidum

Hippocrates Chymicus. 229

Acidum in flamma, in rubrum
minium cum Acido sulphuris, ad-
dito igne, vertitur in nigrum:
cum acidis mineralibus, impu-
ris, & mixtis in litargyrium du-
plex vertitur: cum acido argil-
læ flauæ, in vitrum buxei colo-
ris: cum acido argillæ nigræ, in
fuscum colorem vitreum vstula-
tur: (adi vitrarios) ea de causa,
qui metallorum fusioni & puri-
ficationi flagrant, illud honorant,
quod omnis generis acida absor-
bet, & metallum ab omni macu-
la purum relinquat.

Veteres notarunt, ex acido, in-
choari in viuentibus omnes in-
flammationes (attestante id Hip-
pocrate a: *in homine*, inquit,
inest acidum, acerbum, acidif-
simum, aliaque sexcenta, que
pro copia & viribus varias ha-
bent facultates.) Excogitarunt
propterea ex plumbo varia vn-
guenta & Emplastra, quo aci-
dum illud absumerent; & quo
sæpiùs dicta vnguenta mutan-
tur, tanto celerius acidum con-

*a de prisca
medicina.*

*Plumbum
quomodo
refrigerat?*

230 *Ottonis Tachenij*
fumunt, malumque tollunt: hanc
acidi assumptionem, pro vulgi
captu, refrigerare vocamus,
quatenus caloris causam morti-
ficat.

*Acidum in flamma probare
pergit.*

C A P V T X X V I I .

*Corallorum
Tinctura.*

APERTO igne reuerbera co-
rallos integros, ex. gr. vn-
cias duodecim per sex dies & no-
ctes, (perito inseruit ignis pro di-
stillatione spiritus vitrioli) & re-
peries vncias 15. id est, tribus
vncijs auctos, & in puluerem
conuersos subtilissimum. Hoc
augmentum nihil aliud est, nisi
acidum ex flamma, quod coral-
lia dissoluit, & cum ipsis coagu-
latur & fixatur, acidorum more
in salsum. Huic salso cum affu-
deris acetum distillatum, non
emittit bullas, vt alias contine-